

FLOREFFE B. M. V.

Floreffia,-ium, Florephia, Flourefffe.

Oppidum ad fluvium Sambre, prope Namur versus occidentem. — Dioc. Leodiensis, ab an. 1559 Namur. In Belgio.

Abbatia percelebris, primaria in circaria, tertia ex quatuor proto-abbatiis Ordinis, et quidem unica extra Galliam sita. Fundata est annis 1121/22 a Godefrido Comite Namurcensi, et Ermensinde eius uxore.

<sup>41)</sup> HUGO II pr. 498, cf. II 793, et Arch. Dép. Ardennes H 193.

<sup>42)</sup> Arch. Dép. Reims G 265, renseign. généraux.



juxta duas ecclesias iam existentes, quarum una erat parochialis. Fuit quidem „filia Praemonstrati“, sed primi canonici inde venisse non videntur; quae omnia innuunt, Floreffiam esse exortam ex ecclesia collegiata<sup>43</sup>). Sorores erant Floreffiae apud Stum. Martinum usque ad annum 1270, sed partim iam antea sunt translatae in curias Postel, Vérofle, Wanze et Herlaimont, de quibus vide suo loco<sup>44</sup>). Pars sororum Floreffiensium etiam migravit in Germaniam, ubi parthenones Wenau, Schilingskapellen et Marienroth (Circ. Westfaliae), paternitati Floreffiae semper fuerunt subditi. Filias genuit sequentes: Beaurepart, Heylisse, Leffe, Rommersdorf, St. Habakuk, Septfontaines en Thiérache, et saec. XVII Postel, quod ante hoc tempus fuerat curia, hospitale et prioratus a Floreffia dependens. Parochias possedit et administravit: Floreffie St. Martin cum capellis Jodion, Floriffoux et Sart; Solre-le-Chateau et Beurieux (1154), Obaix 1142, Solre-St. Géry et Beaumont 1150/1281, Grand Leez 1153, Herlaimont 1140, Viesville 1171/1217, Sautour 1188, Warnant, Aublain 1188, Thiméon 1188 (a quo seiungitur Ransart an. 1572), Trazegnies 1184, Franière 1265, Farciennes 1210, Auvélais 1265, Villers-en-Fagne, Sart-en-Fagne, Overpelt, Houthalen, Laak. Alias duodecim parochias, quas Floreffia possederat in Campinia, vide supra apud Postel, ad quam domum postea transierunt. Jure praesentationis tantum: Senennes. Abbas exercuit jura archidiaconalia in parochia loci, possedit canonicatum in ecclesia collegiata Sti. Pauli Leodii, et habuit vocem deliberativam in Coetu Statuum Namurcensium iam saec. XIII. Hospitalia pro pauperibus et peregrinis habuit in Floreffie, Postel, Wanze, Lierhout, Solre, Auvélais, et in Marche-les Dames, quod usque ad annum 1384 a conversis fuit directum. Inter scriptores huius abbatiae excelluit Petrus de Herenthals († 1390). Anno 1450, abbates infulantur. Saec. XVII canonia erexit Collegium Lovanii, pro circaria, de quo vide infra. Anno 1560, Floreffia addicta est episcopatu Namurcensi in dotationem, sed abbas potuit hoc avertere solvendo pensionem annuam dicto Sedi. Saeculis XVII et XVIII, quibus canonia valde floruit, nova et pulchra aedificia construuntur. Reditus annui: 62260 Flor. Cum esset erecta Congregatio Ordinis Belgica, a Praemonstrato separata, annis 1572 et 1782, abbas Floreffiensis eligitur in praesidem. Suppressa est canonia, anno 1797.

<sup>43</sup>) cf. Vitam Norberti PL 170. Quam hypothesim nobis suggessit D. R. Forgeur, Leodii.

<sup>44</sup>) Cum Walterus abbas Floreffiensis in Cap. Generali an. 1270 suppressionem omnium monialium instanter postulasset, et obtinisset, licet utique supponere, illum statim hoc decretum esse executum in parthenonibus sibi subditis. In illis tamen, quae ad circariam Westfaliae pertinuerunt, nihil potuit perpetrare.

Tunc ibi erant 59 canonici et 2 novitii. In vanum conati sunt ultimi religiosi, abbatiam salvare pro Ordine<sup>45</sup>). Iam anno 1817 ibi institutum est Seminarium minus dioecesis Namurcensis. Tentamen Ordinis ad Florefiam recuperandam, circa an. 1890, non successit. Aedificia perpulchra integra supersunt, sed intus penitus mutata. Celebria praesertim sunt stalla chori, 103 sedilia complectentia.

**Archivalia:** Arch. Etat Namur: 27 reg., 15 fasc. 1226/1815, 8 plans 1780 — 3 Cartularia: 1121/1292, XVII s. (2 voll.), XVIII s. — Acta Electionum — Corresp. ultimi abbatis Fromantau. — AGR. Bruxelles: Cartularium, Cat. Religios. (MS 796, 37/66). Pap. d'Etat nr. 908, 911, 915, 921 (electiones). Chronicon 1738 (ed. BARBIER l. c.) — AAPa 4 (25 num.) saec. XVI/1893, XVII 1 — BRB Chronicon (auct. H. de Bouillon) MS 18064/69, MS 6639 f. 143/46, MS 13882 f. 94/128 v. — Bibl. Bolland. Bruxelles: De monasterio Floreffensi (1596) — Bibl. Univ. Leodiensis: MS 823 II 566/68 — Brit. Museum London: Catal. Abbat. et Religios. an. 1445 (rotulus) MS 25055. Copia in Semin. Maiori Namurc. — Bibl. Grand Semin. Namur: Cartularium XII/XVI s., Documenta 1305/1562 (222 fol.); Dénombrements des fiefs 1753/57; Inventarium titulorum 1787/89; MS E. BOURLARD, *Histoire de l'Abbaye de Fl.* — Cf. ACG Laon fol. 675, et Arch. Dép. Lille Rep. Numér. Sér. B (1921) 70<sup>46</sup>) — BMun Nancy 992 VII 17/94.

**Fontes et Litteratura:** LAIRUELZ 385 — LEPAIGE 439, 520/21 — HUGO I 75, pr. 50/60 — WAEFELGHEM 87, 376 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Mon. B.* I 111/23 — IDEM *Notes Hugo* 120, 124, 131 et passim — BERGER cf. ind. — IDEM, *Prov. Prael.* 1410/32, 445 — BROM, *Reg. Utr.* nr. 205 — CAESARIUS de HEISTERBACH I 78, II 13, 64 — *Cart. Com. Hain.* cf. ind. 815 — *Cart. St. Lamb.* I 652, II 95, 445, III 671, IV 321, 399, V 643 — *Cat. MSSB Dep.*, VI 38, IX 416, XXXII — CHEVALIER 1119 — *Chron. Liég.* II 685 — CLAESSENS 459 — COPPENS IIIa 150, 174, 302/11, 358/84, 411/19, IIIb 136, 174 — *Corr. Phil. II:* III 26 — COTTINEAU 1155 — CROONENDAEL II 754 — DEMAY *Flandre* 6746, 7032/34 — *Den. Foy. Brab.* T. O. 63 — ERENS, *Hoeven* 348 — *Form. Pr.* nur. 2, 64, 126, 215, 241, 292 — Gall. Chr. N. II 609/15 — GALLIOT IV 252/86 — GISELBERTUS DE MONS 366 — GOOVAERTS I 81, 87, 169, 211, 212, 213, 233, 244, 246, 280, 300, 303, 326, 346, 348, 357, 363, 371, 400, 408, 503, 616, 624, II 39, 45, 76, 101, 110, 204, 330, 368, 371, 381, 398, III 11, 13, 36, 44, 49, 54, 72, 130, 131, 166, 168, 178, IV 59, 62, 65, 67, 72, 86, 102, 170, 245, 336 — HARDICK 8 — J. De HEMRICOURT III 280 — d'HOOP III 8385 — *Inv. Cart. B.* I 42,

<sup>45</sup>) Cf. articulum A. MAES.

<sup>46</sup>) Chronica in BB Viennae et Salisburgi, quae affert WAEFELGHEM p. 88, sunt praetermittenda. Primum enim plane non existit, secundum est Chronicon quoddam generale, scriptum a Petro de Herenthals, quod ad historiam canonicae non spectat (Bundesstaatl. Studienbibl. Salzburg MS II 148, cf. MGH SS XX 397/475).

II 21 — JADIN *Relations* cf. ind. — JAFFE 7277, 7323, 7924, 10 039, 13 322 — LAHAYE (v. Beaurepart) II 149 — *Lettres Ben.* XI (AVB) cf. ind. — *Lettres com. Jean XXII* 6840, 51 023 — *Lettres Innoc.* VI 470 — LTK IV 34 — MARTENE/DURAND *Uoy. Litt.* II 122/28 — *Matr. Univ. Lov.* I 265, II cf. ind. — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. II vj, IV ix — J. d'OUTREMEUSE IV 342, 450, 569, 650, 696, V 286, 367, 476 — PONCELET, *Hugues de Pierrepont* cf. ind. — IDEM, *Inv. Ste. Croix* II 366 — PIOT *Cart. St. Trond* I 635, II 399 — PRESSUTTI 5495 — RAMACKERS *PURkN* 49, 51, 72, 76, 93, 102, 103, 203, 230, 235, 314, 338 — IDEM *UrkNancy* 132 — *Reg. Ben.* XII 1580, 5429 — *Reichsreg. Karls V* 1651, 1946, 5968, 5998 — REIFFENBERG *MHistProv* I xlj, 10, 661 — *Rep. Germ.* III 77 — ROUSSEAU 121 — SAUMERY, *Délices du Pays de L.* III 309/15 — SCHUTJES cf. ind. apud singulas parochias in Neerlandia sitas — STEIN 1364/65 — *Suppl. Innoc.* VI (AVB) cf. ind. — TCCD 22/XI 2 cf. ind., XI 3 22, 32, 48, 64, 81, 83, 106, 110, 269, 274, 275 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — IDEM, ACG 1498 (*Anal. Praem.* XV, 1939) 31, 35, 41 — IDEM, *Vis. Can.* II 148, 161/64 — de VOCHT 4881, 5038 — WAEFELGHEM *Abbés* XII 110/16 — J. et V. BARBIER, *Cartulaire de l'Abbaye de Floreffe 1121/1255*, AHEB 2 I (1881) 7/67 — J. BARBIER, *Histoire de l'Abbaye de Fl.* Namur 1880, 2a ed. (2 voll.) ibid. 1892 — IDEM, *Chronique des Abbés de Fl.*, AHEB VIII (1871) 417/49 — IDEM, *Droits archidiaconaux de l'abbé de Fl.*, ibidem XI (1874) 472/76 — IDEM, *L'hospice de Fl.*, ibid. XII (1875) 436/40 — IDEM, *Nécrologe de l'Abbaye de Fl.* ibid. XIII (1876) 5/70, 190/286 — S. BALAU, *Sources hist. Liège* (vide ap. Beaurepart) 261/62 — E. de BARTHELEMY, *Analyse du Cartulaire de Foigny*, Vervins 1879, passim — J. BORNET, *Notes sur d'anciens MSS* (de Fl.), BARAB IV 1837), pp. 252/60 — E. BROUETTE, *Supplément au Monasticon de D. Berlière*, Namur 1953, p. 9 — IDEM, *Topo-Bibliographie de la prov. de Namur*, Nam. 1947, 51/53 — Ch. COENEN, in *Chron. Archéol. Liège*, XXIII (1932) 58/59 — F. COURTOY, *Les stalles de l'Abbaye de Fl.*, Namur 1930 — P. FAIDER, *Catalogue de MSS conservés à Namur*, Gembloux 1934, p. 566 — P. de HERENTHALS, *Catalogus abbatum monasterii Floreffensis*, ed. U. BERLIERE in BCRH 5e ser. VIII (1898) 228/56 — L. HOEFNAGELS, *Un projet de retour des Prémontrés à Fl. en 1893*, *Anal. Praem.* VI (1930, 341/46) — D. C. LAMBOT, *Modèles iconographiques des stalles de Floreffe*, *Mélanges Courtoy*, Namur 1952, II 735/44 — R. LEMAIRE, *Romaanse bouwkunst in de Nederlanden*, Brussel 1952, 130/31 — R. MAERE, *L'église du Petit Séminaire de F., ancienne abbatale norbertine*, BARAB 1910, 199/234 — A. MAES, *De laatste jaren der abdij van F.* (*Anal. Praem.* VII, 1931, 108/43) — H. NELIS, *Notes sur une charte fautive de Thibaut de Bar, évêque de Liège, pour l'abbaye de F. 1308*, ibidem VIII (1932) 349/52 — E. REUSENS, *Elements de Paléographie*, Louvain 1899, 452 sq. — A. SIRET, *Anciennes peintures murales à l'abbaye de F.*, ASAN III 1885, 361/80 — F. TOUSSAINT, *L'abbaye de F., de l'Ordre de Pr., histoire et description*. 4a ed. Namur 1901 —

H. v. d. WEERD, *Une colonie agricole de l'abbaye de F. en Campine au XIIe siècle* (Leodium 1929, 36/49) — M. WALRAET, *Actes de Philippe Ier, comte de Namur* (1196/1212), Bruxelles 1949, cf. ind. — *Le pitancier de l'abbaye de Floreffe pour les années 1550 et 51*, in: *DSocA Charleroi*, XXIX 1905, 253/84 — *Annales Floreffenses* 1139/1482 ed. BETHMANN, MGH SS XVI 618/31 — *Chronique rimée de Floreffe*, auct. H. d'OPPREBAIS, (MS BRB 18064/69), ed. REIFFENBERG *MHistProv* VIII 65/88 — AHEB I (1863) 364, IV (1867) 400, 412, VII (1870) 364/78, VIII (1871) 229/43, 364/84, IX (1872) 45/47, 261/99, X (1873) 111, 113, 274, 276/84, 286/302, 322/26, 377, XI (1874) 181/88, 230/32, 254, 476/80, XIII (1876) 369, 377, 380, XIV (1877) 175/93, 2e sér. III (1883/84) 398 — *Anal. Praem. U* (1929) 27/45, 159/61, VI (1930) 340/41, VIII 1932) 345/49, XXX (1954) 273/76 — ASAN XVIII (1889) 325, XXI (1895) 208, XXXIV (1921) 169/210, XXXVII (1926) 315/22 — BCRH cf. indices omnes — *Bosche Bijdragen* III (1919/20) 84, cf. II 102 — BGHB I (1902) 54, V (1906) 129, 445 — *Gazette Numismatique* V (1900) 58/59 — *De Maasgouw* 1820, 258 — *Mélanges Courtoy* (v. supra) II 191/98, 666, 882/83 — *Namurcum* XXIV (1949) 11/13 — RBAHA V (1953) 17/35 — *Verzamelde Opstellen* XVIII (1943) 103/26 — *Wallonia* XXI (1931) 198/234 — *Zeitschrift f. Röm. Philologie* XXI (1897) 1/31, 353/401 — Vide etiam apud Postel.

Series abbatum (WAEFELGHEM, Abbés)

Richard 1122/30	Domitianus de Huy 1242—50 res.
Amalricus 1132/34	Petrus de la Chapelle 1250—54 res.
Gerlandus 1134/73	
Hermannus 1173/94 res.	Theoricus 1254—68 res.
Joannes de Auvelais	Walterus de Obaix 1268—80 <sup>48)</sup>
1194—1202/03 res.	Walterus de Leez 1280—89 res.
Werricus 1203—12 (antea abb. in Leffe)	Joannes de Louvain 1289—91 res. (antea abb. in Rommersdorf, Sayn et Steinfeld)
Hellinus 1212/13—16 (postea abb. in St. Habacuc)	Aegidius de Niel 1291—95 (antea abb. in Septfontaines)
Nicolaus 1216—21	Hugo de Refayt 1295—1306 res.
Joannes de Huy 1220—39 res. (antea abb. in Leffe)	Nicolaus de Gestial 1306—10 depos.
G? . . . 1238 <sup>47)</sup>	Petrus de Solre 1310—14 res.
Joannes de la Chapelle 1239—42 (antea abb. in Septfontaines)	Aegidius de Romèghes 1314/15

<sup>47)</sup> AHEB XI (1874) 231, pro quo tamen, secundum BERLIERE *Mon. B.* 116, non est locus.

<sup>48)</sup> Sec. eundem auctorem: 1270/77, † 1288.

Robertus de Turnhout 1 <sup>o</sup> 1315—17 res	Godefridus Martini 1516—48
Werricus 1317—22 depos.	Joannes Le Doyen 1548—52
Robertus de Turnhout 2 <sup>o</sup> 1322—23 res.	Gulielmus Dupaix 1552—78
Godefridus de Rèves 1323—34	Aegidius d'Aischelet 1579—92
Hugo de la Houssière 1334—36	Henricus van Eersel 1592—1607
Ghislenus Gauthier 1336—42 res.	Joannes Roberti 1607—39
Theodoricus de Warnant 1342—61	Carolus de Severi 1641—62
Joannes de Perwez 1361—79	Gulielmus de Jallet 1663—76
Petrus de Blehen 1379—90	Christophorus de Heest 1677—86
Alardus de Brogne 1390—96	Ignatius de Heest 1686—1700
Aegidius de Heyendael 1396—99	Bernardinus de la Perle 1701—18
Joannes d'Hingeon (d'Harchies) 1399—1412 res.	Ludovicus van Werdt 1719—34
Nicolaus de Blehen 1413—34 res.	Bernardus Burlet 1734—37
Balduinus de Forville 1434—44	Carolus Dartevelle 1737—56
Lucas d'Eyck 1444—65	Clemens Feraille 1756—64
Gerardus d'Eyck 1465—92	Joannes Bapt. Dufresne 1764—91
Joannes Sampeyn 1492—1508	Ludovicus Fromantau 1791—97, † 1818 <sup>49)</sup>
Aegidius Hénin 1508—16 res.	Inseri nequit: Joannes 1245 <sup>50)</sup>

HERLAIMONT St. Hubertus

Hella-, Halle-, Herlen-, Herle-, Harlemont, -mundia, Herlaimontium. Capella juxta H., Chapelle-lez-H.

In oppido Trazegnies, in Hannonia (Belgium) Dioc. Cambrai, ab an. 1559 Tournai.

Asceterium. Donatur an. 1135 tamquam curia abbatiae Floreffiensis ab Ottone I. de Trazegnies<sup>51)</sup>; confirmatio pontificia an. 1138. Gerlandus, abbas Floreffiensis, auxiliante familia fundatorum, ante an. 1181 ibi

<sup>49)</sup> Religiosi superstites, partim communiter viventes in canonia, et contra spem sperantes restaurationem suae domus, post mortem eius elegerunt in superiorem Ferdinandum Legrain, qui obiit an. 1824.

<sup>50)</sup> Arch. Et. Liège, Hospice du Mont Cornillon, Stock nr. 8, f. 4.

<sup>51)</sup> Sententia LEMAIGRE o. c., putans foundationem esse factam potius ab Ottone III de Trazegnies an. 1230/35, videtur nobis parum probabilis.

fundat parthenonem, eo transferendo partem sororum suarum. An. 1184, consecratur ecclesia. Duae partes proventuum ecclesiae de Sautour destinatae sunt an. 1188 asceterio nostro, reliqua autem parthenoni de Verofle. Non est certum, sorores saec. XIII factas esse „cantantes“. Anno 1270, parthenon est suppressus. Familia fundatorum postea reclamavit bona, dicens, ea esse data ad foundationem monasterii tantum. Quam reclamationem anno 1289 revocavit sub conditione, quod abbas Florefiensi ibi institueret prioratum quatuor canonicorum. Anno 1567, per Breve Summi Pontificis Episcopus Namurcensis delegatur ad suppressionem prioratus, „qui non est beneficium, sed officium, et in quo pro tempore abbas duos aut tres religiosos amovibiles, sub onere unius missae quotidie celebrandae, hactenus alere consuevit“. Innuitur praeterea substitutio religiosorum per sacerdotes saeculares, sumptibus abbatiae. Quae omnia non videntur in praxim esse deducta<sup>52)</sup>. An. 1575, abbas petit a Capitulo Generali licentiam, revocandi suos religiosos e prioratu H., abhinc unus tantum canonicus ibi resedit, titulo prioris auctus. Proventus annui: 2866 fl. An. 1774/90 eriguntur nova aedificia. Anno 1797 suppressus est.

Archivalia: Pauca quae fuerant in Arch. d'Etat Mons (doc. 1289/1795) an. 1940 combusta sunt.

Litteratura: HUGO I 817/22 — WAEFELGHEM 112 — BERLIERE *Mon B.* I 422/26 — BRASSEUR II 235/37 — COTTINEAU 1406 — GOOVAERTS I 346, 348, III 72, 169, IV 74, 102, 336 — PONCELET *Hugo de Pierrepont* 142 — ROUSSEAU 63 — de ST. GENOIS I 139/40, 149/50 — TCCD XI 1, XI 3 96 — C. LEMAIGRE *Date de la fondation du prieuré de Chapelle-lez-Herlaimont, DSocA Charleroi* IV (1871) 409/13.

#### HEYLISSSEM B. M. V.

Heli-, Helli-, Helle-, Hele-, Heyle-, Heilechem, -cen, -sem, -ssen, -ssem, scen, -ccinum, -sshem, -sschen, -chen, -chem, -chzem, -chzen, -ssemium, Helen-, Helchines, Hellencines, Heylechinense, Heilense, Heilichsheim, Helisheim.

Hodie Opheylissem. Non longe a Tienen, Brabantia, in Belgio. Dioc. Leodiensis, dein ab an. 1559, Mechliniensis.

Abbatia insignis. Fundata anno 1129 a Reinero de Zetrud; filia Florefiae. Moniales circa annos 1140/50 translatae sunt in curias vicinas Cap-

<sup>52)</sup> AHEB (1873) 322/26.

pendael, Meer, Seumay et Stocquoy<sup>53</sup>), et praesertim in longinquum Langwaden, quod asceterium Circ. Westfaliae paternitati abbatis Heylissensis mansit subditum usque in finem (1802). Canoniam possidebat et generatim administrabat parochias sequentes: Budingen, Bunsbeek, Dieghem, Glabbeek, Grazen, Grimde, Hevillers, Hoeleden, Houthem St. Margriet, Jandrain, Jauche (ante an. 1507 pertinuit ad Averbode), Kerkom, Kumptich, Linsmeau, Molembais St. Pierre, Neerwinden, Pellaines, Perwez, Roosbeek, St. Maartens-Tielt, Tourinnes, Wanghe, Wersbeek, Zuurbeemde. Refugia habuit in Tienen, Zout Leeuw et Bruxellis. Anno 1518, abbates infulantur. Canoniam haec saepius et gravius ceteris fuit combusta et devastata in bellis: ita annis 1507, 1568, 1572, 1578, 1588, 1635 et 1691/93. Annis 1590—1614 et 1635—38, communitas debuit vivere in exilio. Primitus sita erat in territorio linguae flandricae, sed ipsa paulatim adoptavit, et subditos suos adoptare fecit gallicam<sup>54</sup>) in decursu saec. XVII/XVIII; cuius rei fautor fuit praesertim abbas Gabriel Brion († 1733). Status personalis: 1544: 27, 1581: 14, 1644: 36, 1688: 40 religiosi. 1796: 52 religiosi, quorum 44 sacerdotes. Saec. XVIII, valde floruit, et facta est opulenta, possidebat 2200 ha agrorum, et redditus eius annui postremo erant 38592 florenorum. Erat etiam celebris agricultura sua. Annis 1651/53, nova ecclesia est constructa; annis 1776/80, per aliam substituta. Anno 1789 abbas, auctoritate Josephi II administratione temporalium est orbatus. Die 27a julii an. 1796, prima omnium abbatiarum est suppressa. Religiosi aufugerunt in Langwaden et in Hamborn, sed an. 1801 decem eorum se coadunarunt in domo parochiali Pellaines, ubi vitam conventualem pro posse continuarunt. Anno 1798, ecclesia clausa est, et postea profanata. Circa annum 1830, conventus, et chorus ecclesiae sunt deleti. Superest rotunda ecclesiae, et pars monasterii, quod nunc est castellum.

<sup>53</sup>) SMOLDERS *Anal. Praem.* II 57 dicit haec fuisse vera asceteria, fundata circa annum 1150 ab abbacia Heylissensi, et sorores earum fuisse postea translatas in Langwaden, de quo vide supra vol. I. Putamus vero, has domus fuisse meras curias, ubi, praeter conversos, initio laboraverunt etiam sorores. Neque omnes sorores videntur statim inde esse translatas, sed in uno alterove casu ibi mansisse parvos coetus sororum per aliquot tempus. Quidquid sit, existentia horum quatuor parthenonum fuit nimis brevis et provisoria, et tamquam asceterium Heylissensis abbaciae proprie dictum semper considerabatur Langwaden tantum, ita ut illos consulto non inseramus. Seumay (donatum abbaciae anno demum 1172) situm est prope Perwez, Meer prope Gossoncourt. Stocquoy prope Jodoigne, et Cappendael (sive Chapeauvaux) prope Tienen.

<sup>54</sup>) Haec fuit una ex rarissimis mutationibus, quae acciderunt millenariis limitibus linguarum in Belgio. Ut iam supra in praefatione notavimus, Heylissenumquam pertinuit ad Circ. Brabantiae. Quod diximus p. 245, est corrigendum.



**Archivalia:** Non obstante iterata destructione monasterii, superest archivalium eius ingens multitudo. AGR Bruxellis: Arch. Ecclés. reg. nr. 8335 (cf. d'HOOP III 263/308), 500 fasciculi cum documentis an. 1132/1798, 300 registra, Cartularium 1132/1370 (ed. REUSENS l. c.). Chronica 1681/1705, Liber censuum XIII/XIV s., Obituarium XVII s. — Pap. d'Etat nr. 896, 899, 910 (electiones) — AAA Cat. abbatum et religiosorum (MS 282) — AAPa VII 77, XVII 1, XVIII 2 (25 documenta 1290/1786) — BUniv Liege MS 823 (series abb. 1144/1557) — ACG Laon fol. 677 — Arch. Dép. Lille Sér. B, cf. *Rép. Numérique* (1921) 19734 — Cf. Archiva dioecesana Leodii et Mechliniae, et Arch. Parochiale in Pellaines, et BMun Nancy 992 IX 23 sq.

**Fontes et Litteratura:** HUGO I 811, pr. 642/43 — WAEFELGHEM 113, 377 — BERLIERE *InvCam* cf. ind. — IDEM, *Inv. Obit. B* 34 — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Notes Hugo* 121, 125 et passim — v. BOTERDAEL 52/53 — *Cart. St. Lamb.* I 75, 77, II 108, IV 523, 525, V 350 — *CatMSSBDep* I 347, VI 412 — CHEVALIER 1460 — *Chron. Lieg.* II 691 — CLAESSENS 462 — *Corr. Phil.* II, II 697 — COTTINEAU 1415, 3022, 3091 — *Den. Foy. Brab.* T. O. 87 — ERENS, *Paroch.* 188/98 — *Gall. Chr.* V 104 — GOOVAERTS I 13, 21, 102, 175, 303, 557, II 309, 371, 387, III 20, 26, 101, 130, 163, IV 10, 106, 168, 352 — GRAMAYE *Ant. Belg.* 35/37 — de HEMRICOURT III 317 — d'HOOP I/III cf. ind. (Opheyllissem), V 304/06, VI 166 — *Inv. Cart. B* I 67 — JAFFE 7683 — *Lettr. Benoit XI* cf. ind. — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — LTK V 6 — *Matr. Univ. Lov.* I 266, II cf. ind. — MICHEL 80 — MIGNE PL t. 179 c. 220 — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. IV xj — J. d'OUTREMEUSE V 425, 663, 664, VI 493/94, 679 — PIOT *Cart. St. Trond* I 647, II 36 — PONCELET *Hugues de Pierrep.* cf. ind. — IDEM *Inv. Ste. Croix* II 396 — RAMACKERS *PURkN* 49, 98, 99, 101, 136, 137, 202, 321, 342 — SANDERUS CSB I 284/86 — *Suppl. Urbain V* (AVB) cf. ind. — STEIN 1698 — TCCD II, III, V, XI 2 cf. indd. — VALVEKENS *Doc. Prem.* I 186/90 — IDEM, *Vis. Can.* II 78/79, 84/86, 99 — VERBOUWE *ESchBr* XXIX — De VOCHT 5206 — De WACHTER III 513/14 — WAEFELGHEM *Abbés XII* 17/21 — WICHMANS *Brab. Mar.* 739/43 — J. du CONDROZ, *Grand Manil. Vie du Prêlat Demanet (Le Courrier de l'Entre Sambre et Dyle, 28/1/1948, cf. Anal. Praem. XXIV, 1948, 82/84)* — M. DEVIGNE, *Augustin Ollivier, dit Olivier de Marseille, sculpteur de Charles de Lorraine. Gazette des Beaux Arts, Paris 1920, 95/116* — G. GEERTS, *Van een Premonstratenzer, die geen abt kon worden (ESchBr XXXVII, 1955, 220/24)* — VIDEM, *Het schitterend abbatiaat van Milo Desfossez (ibid. pp. 303/07)* — J. LAVALLEYE, *La reconstr. de l'égl. abb. de H. en 1618/48, (Anal. Praem. I 1925, 187/91)* — P. LEFEVRE, *Les calamités de l'Abbaye de H., pendant la guerre de la Ligue d'Augsbourg 1189/1709, ibid. 380/93* — P. LINDEMANS, *De pachthoven der abdij van H., ESchBr XXVII (1944) 38/40* — E. de MOREAU, *L'Abbaye de Villers aux XIIe et XIIIe siècles, Bruxellis 1909, p. 196* — H. NELIS, *Gerard de Cologne, copiste de H. fin du XIIe siècle (Anal. Praem. VIII, 1932, 145/49)* — IDEM, *Charte fausse relative à l'église de Grimde, (Rev. des Biblioth. et*

*Archives de Belgique*, 1906, 395/98) — A. PELLEGRIN, *De „Borlau“ der abdij van H.* in: *Brab. Folklore* V (1922) 145/48 — C. PIOT, *Les guerres en Brabant pendant le dernier quart du XIIIe siècle*, BCRH IV/8 (1880) 31/126 — E. REUSENS, *Cartulaire de l'Abbaye de H. 1132/1345*, AHEB VIII (1893) 182/240, 395, 429; IX (1895) 257/338; XI (1899) 129/96 — P. SMOLDERS, *De stichting der abdij van H.*, (*Hagelands Gedenkschriften* X, 1920, 11/20) — IDEM, *De abten van H. in de XIIIe eeuw*, *ibid.* XI (1921) 94/109, XII (1922) 1/16 — IDEM, *Les paroisses dépendant de l'Abbaye de H. au Moyen Age* (*Annu. Univ. Louv.* 1911/12, 415) — IDEM, *Une fausse charte à H.* (*Mélanges Moeller* I 425/32) — IDEM, *Le domaine de l'Abbaye de H. au XIIIe siècle* (*Anal. Praem.* II, 1926, 33/59) — E. van EVEN, *Necrologium monasterii Heylissemensis* (*Vad. Museum* II, 1858, 324/25) — H. van de WEERD, *De Norbertijnen op Sijppernau (Eelen)* (*Limburg* XI, 1929, 136/38) — *Liste des curés d'Opheyllissem du XIIIe au siècle, d'après les registres paroissiaux*, (*Revue Hérald. Onomast.* 1925, pp. 165/66) — AHEB VI (1869) 66, X (1873) 320, 2 V (1889) 371/72, 2 VII (1892) 318, 320, 330, 343, 357, 361, 362, 386, 404, 423, 436, 452, 2 VIII (1893) 381/91, 2 X (1897) 114/96, 2 XI (1898) 114/28 — BCRH Ind. III 70, IV 458, V 275, VI 628. — BGHB I (1902) 128/31, 192, 271, 168, 399; II (1903) 297/98, 526/31; III (1904) 241, 497/500.

Series abbatum (WAEFELGHEM Abbés, SMOLDERS)

Ermenricus 1130/45	Henricus 1333/35
Gerardus 1145/75	Jacobus 1336
Albertus 1178/99	Joannes de l'Ecluse 1337 <sup>55)</sup>
Adam 1203/04	Jacobus 1344
Everardus 1206/25	Joannes de Bergenis 1355/69
Aegidius 1231/35 res.	Joannes 1393 <sup>56)</sup>
Franco 1238/45	Joannes Hollengnoul † 1417
Walterus 1248/58	Jacobus Forvy 1417—37 res.
Lambertus 1259/62 res.	Henricus de Montenacken 1437—57
Joannes 1267/73	Sigerus Claes de Bunsbeek 1457—1500
Jacobus de Bomal 1281/97	
Simon de la Motte 1303—ca. 33, res.	

<sup>55)</sup> Cum Necr. Parcense die 3a jun. habeat Jacobum de l'Ecluse, qui ceteroquin est ignotus, forte ambo Jacobi et dictus Joannes sunt una eademque persona.

<sup>56)</sup> Probabilis non est idem ac Joannes de Bergenis, ut putat WAEFELGHEM, sed potius idem ac sequens.

Joannes Buyten 1500—07	Joannes Raulers 1645—61
Gulielmus van der Molen 1507—44	Lambertus Bals 1662—88
Reinerius Panisgreve 1533 coadjutor, abbas 1544—53	Hugo de la Fallize 1688—89
Embertus Nyvelaer 1553—57	Walterus Chaboteau 1690—1714
Aegidius Bernaerts 1557—81	Gabriel Brion 1716—33
Balthasar Loovers 1582—87	Milo Defosseuz 1734—61
Joannes Braye (Bernaerts) 1588—1612	Michael Gosin 1761—73
Joannes de Frayteur 1612—45	Petrus Dave 1774—90
	Franciscus Demanet 1790—96, † 1809
Inseri nequeunt:	
Joannes de Solre (Necr. Floreff. 24. X.)	Arnoldus de Bunsbeek <sup>57)</sup> Henricus Forny <sup>57)</sup>

L A V A L D I E U B. M. V. et St. Remigius

Vallis-, Wallis Dei.

Vaudieu, Valdieu, La Vauldieu, La Vaulx-, La Valle Dieu, Vaul dessoulz Chateau Renaud. Vitetur confusio cum aliis „Vallibus Dei“, vide COTTINEAU l. c.

Hodie Monthermé-Lavaldieu, al fluvium Mosam, inter Mezières et Givet. Dep. Ardennes, Dioc. Reims, Gallia.

Abbatia. Fundata an. 1128 a comite Wither de Rethel. Filia Sti. Martini Laudunensis. Sita est in loco antiqui sanctuarii druidici. De sororibus nihil constat omnino; est tamen probabile, Vallem Dei initio fuisse monasterium duplex. Dotatio fuit modica, communitas generatim erat parva. Parochiae incorporatae et pluries administratae: Haybes 1199, Hargnies 1199, Villerzies 1199, Louette-St. Pierre, Houdrémont, Orchimont 1334. In parochia Haraucourt abbas alternatim cum abbate de Mouzon OSB jus patronatus exercebat. Canoniam habebat justitiam integram in Monthermé, Thilay et Navaux. Politice spectabat ad territorium principum de Chateau-Regnault usque ad annum 1629/32, abhinc tantum ad Galliam. Commenda proprie dicta non applicabatur, quia in actu concordatus an. 1516 non erat in Gallia sita. Privilegium liberae electionis confirmatum fuit quidem a rege, an. 1656; attamen reges se electionibus immiscuerunt. A saeculo XVII pertinuit ad Circ. Prémontré. Ab hoc

<sup>57)</sup> HUGO ponit eos inter annos 1369 et 93.

tempore etiam spiritu Jansenistarum erat infecta canonia, postremo a Gallicanismo, cui ultimus abbas aperte adhaesit. W. Hauser, canonicus Sorethanus ex Suevia, insignis musicus, anno 1775 in Valle Dei instituit scholam musicae, in qua fuit eius discipulus G. Méhul. Anno 1696, combusta est canonia, dein ecclesia in minori forma est reconstructa. An. 1766: 11 canonici residentes, 7 ad extra. Reditus annui: 12274 Libr. An. 1790 est suppressa. Ecclesia modica nunc est parochialis. Ea quae supererant de monasterio, an. 1940 in bello destructa sunt.

Archivalia: Arch. Dép. Ardennes, Mezières: H 238/60, 493/94, Q 527. 300 documenta, et cartularium XVII s. — Arch. Rethel Monaco T 108 — Arch. Dép. Calvados H 30 — BMun Nancy 992 XXVII 527.

Fontes et Litteratura: HUGO III 1017, pr. 634/37 — WAEFELGHEM 306 — CHEVALIER 3210 — COTTINEAU 3260 — DUPRE *Ann. Brev.* 7 — *Gall. Chr.* IX 316 — GOOVAERTS I 85, 141, 224, 225, 313, 351, 485, 520/23, 599, II 297, 344, III 13, 72, 130, IV 199 — HUBERT 198/99 — ISAD *Ardennes* IV (1898) H 89/95, 176/78 — LABANDE IV 567 — LECESTRE 47 — LELONG 243 — MEYRAC 257/59 — *Reichsregister Karls V.* 7468, 8670 — ROBERT, *Documents relat.* (cf. Chaumont) 396 — ROBERT, *Temp. Cl. R.* xxviii — STEIN 1926 — *Suppl. Clém. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD XI 1 884, XI 2 590, XI 3 81 — VALVEKENS ACG 1498 (*Anal. Praem.* 1939) 37 — IDEM, *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — IDEM, *Visitations Canoniques* II 17, 44, 120, 137 — VARIN 879 — A. BOUILLET, *L'église de Lavalldieu en Ardennes et ses boiseries sculptées (Réunion des Sociétés des Beaux Arts des Départements* 1898, Paris) p. 776/86 — G. KURTH, *Chartes de St. Hubert* I 714 (v. Chaumont) — H. MANCEAU, *Les petits musiciens de Lavalldieu*, in: *Présence Ardennaise* III 13 (1952) 14, 22 — IDEM, *Lavalldieu*, in: *L'Automobiliste Ardennais* 1953 I 9/18 — A. NOEL, *Notice générale sur le canton de Monthermé, (Almanach Annuaire Matot Braine, 1897/1900)* separatim Reims 1901, pp. 40/71, 127 — A. PECHENART, *Château-Regnault-Bogny*, Charleville 1897, pp. 27, 31/38, 54, 66, 77/81, 104, 111/12, 171, 173, 174, 176, 262, 271/73 — A. POULIN, *Les inscriptions de l'église abbatiale de L.*, (*Almanach Matot-Braine* 1926/27, pp. 457/71) — IDEM, *L'enlèvement des cloches de Dinant par les Français en 1554, (Namurcum* II, 1925, 38/41) — G. ROBERT, *L'élection abbatiale de 1766 à Lavalldieu, (Nouv. Rev. Champ. Brie* VII, 1929, 223/31) — Cf. ibidem VIII (1930) 44/45 — *Anal. Praem.* XXVI 182.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. NOEL)

Petrus 1128/34

Petrus 1167

Dodo 1134/49

Walterus ca. 1176<sup>58</sup>)

Gulielmus 1149/67

Petrus 1187

Walterus 1196	Hubertus Gobert de Monthermé (2 <sup>o</sup> ?) — 1470, dein abbas Prae- monstrati
Tescelinus 1199	
Garnerius 1221	Joannes Tolman 1492
Walterus 1235	Thomas Roger 1507
Hubertus 1238/48	Gerardus 1508/27
Bertricus 1250/57	Thomas de Ham I † ca. 1555
Garnerius 1264/68 <sup>58)</sup>	Thomas de Ham II 1555—80
Petrus 1268/70	Tristan de Villelongue 1580—95 postea abb. in Bucilly
Robertus 1278/82	Sebastianus Wiart 1595—1613
Gerardus ca. 1283/93	Benedictus de Vandy 1613—15 res.
Joannes de Chateau-Regnault 1315	Christophorus de Villelongue 1615—35
Gerardus 1328	Joannes Hurpée 1635—36
Joannes 1329	Carolus d'Argy 1636—58 <sup>61)</sup>
Stephanus 1331/34	Alexander H. de la Tour de France 1659—79
Nicolaus de Florenne 1334	Thomas d'Argy 1679
Jacobus 1337	Michael Car. Brodé 1679—1702 postea abb. in Abbecourt
Joannes 1346	Petrus Ludov. Ferry 1703—14
Gerardus de St. Michel 1355	Nicolaus Oudet 1715—66
Joannes de Louette 1372/77	Remaclus Lissoir 1766—91 <sup>62)</sup>
Petrus 1395	
Franciscus Hardy † 1408	
Jacobus de Ven 1424	
Hubertus Gobert (1 <sup>o</sup> ?) 1439/54 <sup>60)</sup>	
Thomas Gobert 1458	

<sup>58)</sup> ROBERT *Docum. rel.* 7.

<sup>59)</sup> BROCHE nr. 51, LABANDE IV 226.

<sup>60)</sup> NOEL et HUGO habent Godart. LABANDE III 348 nuncupat eum Gobert.

<sup>61)</sup> Propter tentamen principis, dein etiam regis, commendam imponendi, hic abbas dimicandum habuit contra tres aemulos, scil. Nicolaum des Jardins et Petrum de Longueil saeculares, et Dionysium Corsonnois regularem. (v. La Lucerne)

<sup>62)</sup> Vir magni ingenii, magnam partem habuit in revisione librorum liturgicorum annis 1782/87 in circariis Galliae peracta, studia fovit, bibliothecam auxit. Obtulit civitati Carolopolitanae (Charleville) directionem collegii et gymnasii a Soc. Jesu relictis, immo proposuit, eo transferre suam canoniam an. 1782. Quae tentamina non successerunt. Postremo factus est zelosus assecla Revolutionis (GOOVAERTS I 520/23).

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Inseri nequeunt:

Guido 11 . .  
(Ob. Praem. I 14. XI)

Elger ante 1178  
(ibid. 9. X.)

